

DISSERTATIO JURIDICA
DE
TERMINIS
LEGALIBUS,

in materiis
Tutelarum, Hæreditatum, Contractuum
& causis criminalibus
attendendis,

Quam
indultu

MAGNIFICI ET NOBILISSIMI ORDINIS JCTORUM,
PRÆSIDE
JOHANNÉ CAROLO NÆVIO,
U. J. D. & Curia Provincialis, quæ hîc est,
Protonotario,
RESPONDENS
CHRISTOPHORUS HERMANNUS BREMERUS

Vrat. Siles.

publicæ ventilationi submittit

In Auditorio Jctorum,

An. Christi M. D. C. LXXV. D. Decembr.

WITTEBERGÆ,
Typis CHRISTIANI SCHRÖTERI.

27

1675,
50

30



DISSELTATIO IURIDICA
DE

TERMINIS
LEGALIBUS

in articulis
Iuramentum de Heredibus, Conventibus

MAAGNITUDINE ET VIGILANTIA HEREDITARIIS

IOHANNIS CAROLI WILHELMII

Magistri Juris, et Cuius Provintialis, quae hic est,

CHRISTOPHORUS WILHELMUS BRUNNERUS

CHRISTIANI SCHROETERI



PROOEMIUM.

Vemadmodum inutilis & ficulneæ
rei delectatio putida semper & propudio-
sa judicata est; ita utilium amor è contra-
rio pro honestissimo & laudabili affectu
nunquam non æstimari consuevit. Et
hujusdem judicii fuit Imperator noster JUSTINIANUS,
dum in Proœm. Institutionum Juris §. 3. Jurisprudentiæ
Cultoribus pollicitus est, quod in istis aures animivè i-
storum nihil inutile, nihilq; perperam positum; sed
quod in ipsis rerum obtinet argumentis, accepturi sint.
Quæ & præcedentia verba nervosè admodum interpre-
tatus est Fridericus Hortlederus in præf. Operis von Ur-
sachen des Teutschen Krieges / verbis: Kayser Justinian
verordnet seinen Studenten der Rechten / daß sie ihr Studiren
nicht von alten Fabeln / oder abgeschafften verschimmelten
Rechtsordnungen / sondern von dem / was noch im üblichen
Schwang / ansehen sollen; damit weder ihre Ohren noch
Hersen etwas anders hören oder vernehmen möchten / denn
was bräuchlich / nützlich und gut ist. Cui monito & nos ob-
temperaturi, eam potissimum selectum ivimus materi-
am, cujus excellentiam utilitas, dignitatemq; sciendi
necessitas apprimè commendant. Scilicet Legales Ter-
minos in materiis Tutelarum, Hæreditatum, Contra-
ctuum & Causarum Criminalium perlustraturi sumus;
eâ ratione, ut monstremus, quâ promptitudine & matu-
ritate negotia isthæc civilia tractari actionesq; judicia-
les circa ea institui debeant, ne Autores earum vel in
pœnam à Legge determinatam incidant, aut actionis rei-
ve suæ jacturam subire necesse habeant. Namq; Rei-
publicæ interest, ut beneficio eorum Terminorum ho-
minum negligentia, Reip, & aliis nimium quantum no-
citura, obviam iretur.

A 2

§. I. I.

§. 1. Itaque ad rem ipsam propediem processuri, Terminos ejusmodi in publico Tutelæ munere offendimus plures: Alios in ejusdem delatione, vel recusatione, aliosve in Tutelæ Curæve susceptione; atq; tum rursus vel ante Administrationis primordia, vel in Administratione ipsa, vel in Exodio & Depositione ejusdem. Posito priore generali divisionis membro, tum Magistratui, tum & Tutori Curatorivè sui Legales Termini observandi sunt. Magistratui, ut Tutelæ delationem vel ad faciem a. vel ad domum, vel alio modo Tutoribus intra triginta dies notificet, velut à D. Marco Imperatore rescriptum legimus. Tutoribus, ut excusationem definito tempore tum proponant, tum & prosequantur ac justificent.

§. 2. Propositioni seu Professioni definiti sunt dies 50. b. continui à momento notificationis numerandi, nisi isti sub conditione, aut ex certa die dati fuerint; tum enim tempus non cedit, præterquam conditio aut dies advenerit. Aliud tamen est, si Tutor vel Curator ultra 100. c. milliaria absens ab urbe sit. Namq; tum quotidiè 20. milliaria Italica ad profectionem, & reduce eo in urbem facto, alii 30. dies ad requiem & proponendam excusationem ipsi à Lege indulgentur; ita ut in summa non quidem minus, bene tamen plus d. 50. diebus frui queat. Ast verò si Tutor istud spatium legale 50. dierum temerè præterlabi passus fuerit, postea excusatione suà non audietur. e.

§. 3. Prosecutioni & Justificationi usque ad sententiam à judice interponendam intervallum quatuor men-

a) L. f. ff. de Tutor. & Cur. dat. L. 13. §. 1. ff. de Excus. ibiq; Jacob. Cujac. in Comment. b) §. 16. Inst. L. 13. §. 1. ff. & L. 6. C. de Excus. Tut. & Cur. c) L. 45. §. 1. ff. de Excus. Francisc. Duaren. Comm. ad h. l. p. m. 306. d) L. 13. §. 2. ff. de Excus. Tut. & Cur. e) L. 3. §. 4. ff. L. 6. 18. C. Eod. Tit. Jac. Cujac. ad d. l. ff.

mensium *f.* continuorum destinatum est. Continui autem dies perpetuò sine quavis exemptione & exceptione, siue dies sint feriati siue non feriati, currere intelliguntur, opponunturq; utilibus, quales numerantur solùm, ubi experiundi *g.* copia in iudicio est; quæ deficit, vel propter impedimentum Actoris, vel ex parte Rei iudicium non comparando eludentis, vel ex parte Judicis, cui forsitan non vacat iudicium agere.

§. 4. Posito postremo membro, Tutori & Curatori ante ipsius Tutelæ Curæ administrationem incumbit, ut ante omnia satisfationem præstet, quod iure civili fide iussoribus *h.* expediri necesse fuit; quia Prætoriarum stipulationes neque juramento neque pignoribus contentæ erant: At iure Imperiali pignora *i.* & juratoriam cautionem; hodièq; nudam promissionem, rem pupilli salvam fore, aut cautionem sub tacita vel expressa hypotheca omnium bonorum pro diversa fori observantia sufficere palam est. Deinde verò ut Inventarium *k.* cum aut coram Notario & Testibus conficiat, quia hoc caput & fundamentum reddendarum rationum esse perhibetur: Quare si Tutor id ante administrationis primordia conscribi neglexerit, dolo malo fecisse præsumitur, & tanquam suspectus cum infamia removeri, imò in id, quod pupillo interest, *l.* per iusjurandum in litem æstimandum condemnari præcipitur: A quo tamen juris rigore casus quidam excipiendi sunt: veluti si defunctus

A 3

Tuto-

- f) L. 38. ff. de Excus. Tut. & Curat. Schneidew. ad S. pen. Inst. de Excus. Tut. & Cur. n. 2. g) L. 1. ff. de divers. Temp. Præscr. Dn. Struv. Exercit. 46. th. 31. h) L. 1. ff. qui satisf. coguntur. L. 7. f. de Prætor. Stipul. L. 3. C. de Tut. & Cur. i) R. I. de An. 1548. Tit. von Pupill. R. I. de An. 1577. Eod. k) L. ult. pr. & S. 1. C. de arbitr. Tutel. l) L. 7. ff. de Administr. Tut. & Cur. L. fin. S. 1. C. arbitr. Tut. Alv. Valasc. Tom. 1. Consult. 52. n. 7. Matth. de afflict. decis. 13. n. 7.

Tutori conscriptionem *m*, Inventarii remiserit, ubi ta-
 men minus solennem bonorum consignationem requi-
 runt, quia tum magis pupilli *n*, utilitas, quam Testato-
 ris voluntas attendenda venit. Vel deinde si Tutor Il-
 lustris *o*. Pupilli ejusdem conditionis sit; ubi rarò inven-
 tarium conficitur, sed administratio per Consiliarios
 certos tutelares expeditur, & rationes ab horum Præfe-
 ctis sub istorum inspectione continuantur. Sic in di-
 ctam pœnam non incidit Tutor, qui ante conscriptio-
 nem inventarii ea alienat, quæ servando servari neque-
 unt, nec dilationem modicam *p*. expectant. Imò jure
 Saxonico hæc *q*. pœna prorsus cessat. Nam ibi ad juratam
 solùm specificationem bonorum edendam, aut juratò
 confitendum, quid & quantum sub complexu bonorum
 pupillarum acceperit, adstringitur: à quo juramento
 nec fratres nec sorores, imò nec matrem *q*. ipsam exci-
 piendam esse Constitutiones Electorales nos edocent.

§. 5. Porro Tutor etiam ante administratio-
 nis susceptionem decretum à Judice *r*. impetret,
 quò ipso in possessionem quasi tutelæ ponatur, *s*.
 Idq; in omnibus Tutelarum speciebus requiri in
 propatulo est: Atq; præter id in Foro Saxonico tuto-
 rio *r*. opus habet: quod acturus nomine pupillorum in
 judiciis pro legitimanda suâ personâ producat; quò sic
 Judici & parti adversæ constare possit, eum esse Tutorem
 legitimè constitutum: Excepto semper Patre *u*. qui in
 bonis liberorum adventitiis Tutor naturalis existens nec

satis

m) *d. l. fin. §. 1. C. arbitr. Tut.* *n*) *L. 10. ff. de Confirm. Tut.*
Brunnem. ad L. ult. C. arbitr. Tut. *o*) *Christ. Besold. Thes. pract.*
verb. Vormund. *p*) *L. 7. pr. ff. de Administr. Tut.* *q*) *Dec. E-*
lect. 56. *q*) *Dec. El. 21.* *r*) *R. I. de An. 1548. Augustæ & de An.*
1577. Francofurti Tit. von Pupill. &c. *s*) *Guido Papæ Decis. 330.*
n. 3. *t*) *Process. Saxon. Tit. 8. Carpzov. l. 3. Resp. 3. n. 1. & seqq.*
u) *Carpz. Process. Tit. 5. act. 3. n. 13. & seqq. L. 6. C. de bon. qua liber.*



satisdare, nec inventarium conficere, nec confirmari se judicialiter, neq; personam suam in judiciis tutorio legitimare adstringitur. Quod juribus *u.* ita placuit tum ad paternam reverentiam factam rectamve custodiendam, tum & ob emolumentum Usus fructus, quem Pater ex bonis liberorum habet. Cujus respectu illum de bonis nihil esse suppressurum aut perperam acturum præsumitur.

§. 6. In ipsa administratione Tutor jure Pandectarum jubetur intra sex menses pecuniam pupillarem justo fœnori exponere, aut in prædiorum emtionem elocare: Quod si neglexerit in usuras *w.* ejus pecuniæ, quam non fœneravit, conveniri posse dicitur. Sed necessitatem hanc fœnerandi jus Novellarum *x.* rursus sustulit: ita ut Tutoribus liceat disponere de pecunia pupillorum, prouti in horum commodum cessurum existimaverint. Quin imo Tutor bona pupillaria fœnori exponens, omne periculum in se derivare videtur ob verba Constitutionis *y.* Novellæ: quod melius sit servare securitatem pupillis in bonis suis antiquis, quàm si usurarum appetitione antiquâ pecuniâ excidant. Sed ut hoc jus Romanum statuatur, leges nihilominus Imperiales Germanicæ *z.* antiquum Pandectarum jus in vigorem revocarunt: in quo tamen id ex observantia fori ob difficile & fraudulentum hoc seculum non usq; quaque servari palam est.

§. 7. Post administrationem finitam Tutori Curatorive secundum jus *a.* civile terminus rationum reddend-

u) *Decis. Elect. 62.* w) *L. 7. §. 3. & 15. ff. de Admin. Tut.*
x) *Nov. 72. c. 6. 7. Auth. Novissima de admin. Tut. Rauch. part. 2. quest. 26. Pistor. l. 1. quest. 49. n. 29.* y) *d. Auth. Novissime C. de Admin. Tut.* z) *R. I. Spira de An. 1600.* a) *§. f. Inst. de Attil. Tut. L. 1. §. ult. L. 4. l. 18. ff. de Tut. & ration. distrab. l. 14. C. de Admin. Tut.*

dendarum præfixus est: aded ut offerat rationes *b.* legendas, ex quibus explorari possit, computationes bene an improbè sint factæ; accepta rectè relata vel non: ac dein ut residua, quæ ex rebus pupillaribus supersunt, aut percipiæ potuerunt, bonâ fide restituata ac refundat. Quæ civilis quidem dispositio non ad universalem rationum redditionem restringenda est, ita ut quovis tempore particularis etiam ante tutelam terminatam exigi possit. *d.* Nam prætextus, quos Patroni sententiæ hujus allegant, de Curatoribus vel Protutoribus loquuntur. Tutores autem nullatenus ante finitam tutelam ad rationes reddendas jure civili adstringi possunt: quia causante Paulo Tutor quantum ad providentiam *e.* pupillarem, Domini loco habetur: & sic quoad quasi dominium hujusmodi durat, rationum redditione gravandus non videtur. Licet id non diffiteamur, quod, si minor vel cognati pupilli probabiliter dolum aut latam culpam in administratione Tutoris aut Curatoris præsumant, eos ad gestionis communicationem adigere possint; velut id Ulpianus innuere & Franciscus Munnoz comprobare videntur. Tutelâ autem finitâ Tutor etiam interessentibus non poscentibus ad rationum redditionem adstringitur. Nam ubi tempus vel à lege aut homine præscriptum est, ibi dies interpellat pro homine, ita ut Tutor propediem in mora ponatur & ad interesse obligetur. Laudat. Munnoz. *ibid.*

§. 8. Sed quicquid etiam jure communi disponitur, magis tamen determinatum rationes expediendi terminum in jure Canonico, Imperiali & Saxonico reperiri

b) L. 82. ff. de Condiç. & Demonstr. *c)* L. 32. §. 2. ff. de Administr. Tut. *ibiq.* Gothofred. *d)* L. 16. fin. ff. de tutel. & ration. distrah. l. 26. ff. de Admin. Tut. *e)* L. 27 ff. de Admin. Tut. L. 157. ff. de divers. Reg. Jur. L. 19. ff. de Admin. Tut. Francisc. Munnoz. de ratioc. administr. c. 6. n. 70. 71. *Id. ib.* c. 7. n. 88.

riri constat. Nam illic *f.* unanimiter ei negotio annus
quolibet administrationis *g.* præfinitur: At cum textu juris
Saxonici veteris de legitimo tantum *b.* Tutore disponeret;
hinc eadem dispositio ad Testamentarios quoque & dati-
vos à D. Augusto i. Electore extensa est: quod ab eodem
gloriosæ memoriæ Electore in loco *k.* alio repetitum in-
venimus, & quidem sub comminatione severioris ani-
madversionis & restitutionis omnis damni quomodo-
cumque occasione hac Pupillo datur. Idemque denuò Sere-
rissimus noster Archi Princeps autoritate suâ in novellis
Constitutionibus *l.* roboravit, additâ specificâ decisione,
quod illam annalem rationum redditionem Tutor in
loco administrationis non domicilii expedire debeat:
quod ob sumtus varios & incommoda evitanda constitu-
tum esse elucet. Casu verò isto, quò Tutor alibi quam
in administrationis loco habitat, citra cautionem *m.* præ-
stitam nihil ex bonis pupilli extra domicilium hujus a-
movere valet; ne illi aut cognatis suis in casu mortis
fraus fiat. *n.*

§. 9. Cæterum Doctores *o.* aliquas personas velu-
ti Matrem, Tutricem liberorum, Patronum, proxi-
mum pupilli hæredem, eum, cui Testator confectionem
inventarii remisit, & alias ab onere annalis rationum
redditionis relevant. Quid demum per negligentiam

B

*f.) C. Quia contingit §. ut autem præmissa. Clement. de religios. do-
mib. g.) R. I. August. & Francos. de an. 1548. & 1577. Tit. von
minderjährigen B. Pupill. §. it. daß er noch. h.) L. N. l. 1. Art. 23. §.
Wer aber so des Kindes Erbe. Weichbild art. 40. §. Und soll der Kin-
der ihr Gut. i) Constit. II. part. 2. k) In Erörterung der
Landsgravaminum. §. hierüber ist auch vora sechste. l) Decis. 36.
m) Erörterung der Landsgravamin. D. August. Tit. von Justitiert
Sachen. n) V. L. N. l. 1. art. 23. f. L. 119 ff. de Legat. T. o)
Carpz. part. 2. Constit. defin. 5. n. 6. & de Juribus fæmin. decad. 2. posit. §.
Jacob. Scult. ad Modestim. Pistor. quest. 126. part. 3. n. 125. seqq.*

aut illegalem observantiam hinc inde circa materiam hanc obtineat, nulli non apertum esse poterit. Tandem deniq; & hoc prætereundum neutiquam est, quod minor suspicans, Curatorem iniquè & perperam quid ex bonis suis alienasse, actionem p. intra quinquennium post majorennitatem suam, vel ad minimum post diem acceptæ noticiæ instituere debeat: cum alioquin contractum per silentium rati habuisse præsumatur. Et eadem quoq; locum habent, si adversus tertium & possessorem, qui ignorans q. rem minoris esse, sine decreto comparaverit, agendum arbitretur. Si quidem & his in casibus litium immortalitati terminum ponendum esse leges censuerunt.

§. 10. In materia hæreditaria quadruplices potissimum termini notabiles obveniunt: Primus requiei hæredis indulgetur & est juxta jus civile Novendium post obitum defuncti: At juxta Saxonicum triginta dierum intervallum: intra quos hæres à nullo, neque Legatario, neque creditore r. quovis est molestandus, ipseq; à labore hæreditario quiescat; possessionem tamen, bonorum defuncti servandorum causa, ingredi potest. Uti verò supra dicta de non molestando hærede non extensa volumus ad arrestationem, s. quæ intra trigessimum quæri & impetrari potest: Ita nec includimus impensas ad pompam funebrem factas; aut quæ hujus intuitu Ecclesiæ, hujusvè ministris, scholis, aut pauperibus debentur, quæ citius peti & solvi debere observantia quotidie docet.

§. 11. Se-

p) *L. ult. C. Si major fact. alien. fin. decret. rat. hab.* q) *L. 1. § 3. C. si quis ignorans rem. min. esse fin. decret. compar.*
sed neq; i C. de Sepulc. Viol. §. R. l. 1. art. 22. verb. Anders soll der Erbe te ne Gewalt haben. § l. 3. art. 15. r) *Aut.*
s) *Finkelthuf. observ. pract. 15. Carpz. Procrff. Tit. 21. art. 3. n. 15.*

§. II. Secundus terminus concernit cretionem aut deliberationem: Expediatne hereditatem suscipere, an minus: Et hic quondam Pratori fuit arbitrarius; minus tamen quam 100. dierum spatium non dabatur; nec prius, quam istud à Pratore peti- tum fuerit. Nam nemine urgente ac termino non præfixo, hereditas quocumque suscipi vel omitti poterat. Nisi quis sciens 30. annos elabi passus fuerit. His enim præscribitur facultas adeundi hereditatem. u. Certa verò 100. dierum determinatio ex edicto successorio de bonorum m. possessionibus disponente descendisse videtur. Nam ex eo extraneis intra hujus- modi tempus; liberis autem & Parentibus intra an- num acceptandi vel relinquendi hereditatem licentia erat. Cùm autem hic terminus moderatus x. esse de- beret, ut Diocletianus & Maximianus Imp. rescri- pserunt, i. e. Pratorum arbitrio non prorsus exemptus, quin majus, quam centenarium spatium indulgere va- lerent; hinc Imp. Justinianus terminum ad quem ma- gis determinatè adjecit, ita, ut quemadmodum judex non minus quam 100. dies, ita nec plures quam novem menses concedere posset: nisi annum spatium hæres ab Imperatore ipso specialiter per supplicem libellum impetrare maluerit. γ.

§. 12. Tertius terminus respicit confectionem inventarii, cujus beneficio ex Justinianea constitutio- ne hæres illicò hereditatem lucrari potest: nec peri- culosam cretionem aut deliberandi jus expectare im-

B. 2

- petra-
t) L. 7. ff. de jur. delib. L. 1. §. ult. eod. L. 2. ff. de jur. delib.
u) L. f. C. de Edicto D. Hadr. toll. Guido Papa Decis. 332. ibiq; addi-
tionatores Matthæus Rauchinus. w) L. 2. § 4. ff. de bon. poss. l. 1.
§. 8. & seqq. ff. de success. Edict. Duaren. ad Tit. ff. de jur. delib. p.
m. 423. & ad Tit. de bon. poss. cap. 6. x) L. 9. C. de jur. delib.
y) Matthæus Rauchinus C. ult. §. 13. C. d. T.

petrareve necesse habet. Non absire autem hoc peri-
culosum & inventarii confectio beneficium appella-
tur. Nami hæres illo usus in solidum y. etiam ultra
vires hæreditatis, creditoribus hæreditariis satisfacere
adstringitur, adeo ut ne quidem Falcidiam, nec Tre-
bellianicam, imò nec legitimam, detrahendi licentia
sit. E contrario verò confectio inventarii appre-
hendens ultra vires hæreditatis Creditoribus haud te-
netur. 2. **Q**uam commoditate hæres jure Saxonico sem-
per gaudet: Cum ex illo ultra massam hæreditariam
regulariter non obstringatur; sed neglecto inventario
sufficit juratam bonorum specificationem ob eos, quo-
rum interest, exhibere.

§. 13. Ipse autem inventarii conscribendi termi-
nus à quo sunt a. 30. dies vel quatuor menses, si maxi-
ma rerum hæreditariarum pars in locis diffitis sita sit:
Terminus verò ad quem sunt alii 60. dies, aut annus, si
res remotius absint: **Q**ui termini currunt post aper-
tas Tabulas, (vel postquam apertura tabularum five
delatio hæreditatis ab intestato hæredi innotuerit:)
Estq; necesse, ut hic inventarium intra dictos terminos
(citatis ad id Creditoribus hæreditariis, & iis, quorum
interest) operâ b. Notarii publici ad hoc specialiter ro-
gati absolvat, suâq; subscriptione roboret. Siqve ex
istis abesse quosdam contingat, tres testes in eorum lo-
cum substituât: aut ipso hærede literarum imperito,
vel casu quodam scribere præpedito, specialem isti ne-
gocio tabularium in vicem sui præfigere jubetur. Nec
hoc quidem casu Judici terminum prorogandi vel ab-
breviandi licentia est. **Q**uoniam is à lege pro c. formali

y) d. l. ult. §. 12. & 14. de jur. delib. Dn. Struv. Exercit. 33. th. 57.
2) d. l. ult. §. 4. C. de jur. delib. a) d. l. fin. §. 3. C. de jur. delib.
b) Nov. 1, c. 2. §. 1. d. l. fin. §. 2. C. de jur. delib. c) Nov. 1.
c. 2. §. 2.

mali requisito habetur: sed si prorogatio desideretur, à Principe petenda erit. *b.* Verùm in terminis dictis impedimenta quidem legitima audiuntur & suscipiuntur; istis tamen ex crassiori culpa neglectis, Inventarium neque serius incipi, neque tardius absolvi posse Doctores contendunt: quin potius tum hæres, nisi maturius repudiaverit, se ad omnimodam satisfactionem Creditoribus *c.* obligasse credatur: Si tamen Inventarium intra 60. dies fuerit absolutum; Licet hæres post 30. ejus Exordium non protinus fecerit, tamen à iudice dispensandum esse putamus: Nam licet forma actuum à lege præscripta strictè sit observanda; nihilominus hic magis ad mentem & effectum legis respiciendum esse arbitramur; qui est, ne nimium confectio Inventarii proteletur: quod expleri in propatulo est, si intra nominatos 60. dies plena conscriptio subséquuta fuerit.

§. 14. Quartus demum Terminus obvenit in repudiatione hæreditatis, ubi videndum, an quis Inventarium conscripserit, sub eoq; adierit: vel deliberandi tempus impetraverit; vel neutrum fecerit: Si hoc intra tres *d.* menses hæreditatem repudiet. Si quidem si ipse adire noluerit, mentem suam in præjudicium aliorum justo longiori tempore celare fugiat. Si illud; & vel præter deliberandi spatium solenne pro sua quoque commoditate inventarium fecit; tum juxta illud repudiatio & bonorum restitutio fieri potest; vel Inventarium non fecit, & tum intra deliberandi spatium res hæreditarias creditoribus, vel his, qui ad hæreditatem vocantur, legibus reddati. *e.* quantitatem earum per juramentum.

b) dict. *L. ult. §. 2. de jur. delib. §. n. Alvarus Valascus quest. 52. n. 9.*
c) §. 1. *d. l. ult. C. de jur. del. Angel. de confect. invent. n. 17. Schneidew. ad §. extraneus Inst. de hered. qualit. & different.*
d) *L. ult. §. 1. C. de jur. delib.*

mentum in litem prius manifestatam, & à iudice taxatam e. restituat. Ast termino isto neglecto nec hereditate recusata, amplius repudiandi licentia non conceditur, sed heres solutioni in solidum subicitur. Si istud demum, adita scilicet hereditate sub beneficio Inventarii heres illam usq; repudiare potest, nec ultra vires f. hereditatis Creditoribus adstringetur, dummodo non doli alicujus incusari possit. Et hoc ita dispositioni Justinianæ convenire certum est.

§. 15. Alia paulò hac in parte suppeditant jura Saxonica Electoralia: Ubi repudiaturus hereditatem intra annum g. deliberationis adhuc Inventarium vel specificationem bonorum in iudicio deponere, eamq; Creditoribus exigentibus juramento confirmare tenetur. Post anni verò decursum ulterius non auditur, sed usq; ad vires hereditarias satisfacere Creditoribus jubetur; Imò si de dolo & fallacia quadam convinci possit, etiam ultra massam hereditariam in solidum solvere præcipitur. Præterea repudians dicto modo Creditoribus ad interesse tenetur, velut si Curatorem bonorum administrationi hereditatis præficere, eiq; certum exhibere salarium necesse habeant, prouti Amplissimam hujus loci Facultatem juridicam respondisse ad dict. decis. Elect. h. Dn. D. Philippi testatur. Insuper hereditatem apud Saxones, non ut alia jura 30. annis præscribi quidam contendunt, sed vacantem eam à Domino loci custodiri, postq; anni unius decursum propriis usibus applicari solere. Verùm Magistratu notitiam aperta hereditatis non habente, hanc nihilominus à privato contra privatum intra laudatum tricennium acquiri posse putaverimus, quia hic casus ut in jure statutorio non com-

e) d. l. ult. §. 14. de jur. delib. f) d. l. ult. §. 1. § 13 pr. Carpz. Decis. 25. g) Erörterung der Lands-gravamin. Joh. Georg. II. Tit. von Justicien Sachen. n. 70. § Decis. Nov. 57. h) 57. obs. 1. n. 18.

comprehensus, ita dispositioni communi relictus vide-
tur: Dummodò possessor bonam fidem & Titulum ju-
stum vel erroneum facti habuerit Matthæus de Afflictis
Decis. 374. n. 3.

§. 16. In contractibus Termini legales infrequen-
tes sunt: cùm hi maximam in partem arbitrio & placitis
contrahentium pro privata eorum utilitate limitentur
& absolvantur. In contractu tamen reali pignoris &
quidem distractione ejus ut & constitutione pignoris
Prætorii, quod Saxones Arrestum appellant, quidam
obveniunt. Namq; renovationi *b.* Arresti, quod manuum
injectionem seu impedimentum, aut interdictum latinè
exprimunt renovationi duas quater denas *z.* post ejus
impetrationem præfinitas reperimus. Sic enim D. Au-
gustus Elector: der Kläger soll als bald / wann Ihm der erste
Kommer gestattet / denselben von 14. Tagen zu 14. Tagen
Folge zu thun / schuldig seyn. Scilicet Creditor debitoris
sui personæ & bonis diffusis quocunq; tempore judicem
hujus competentem adeat: Siquidem in negotio, ubi
periculum evidens metuendum ex mora est, nec loci
neq; temporis: (sive id feriatum sive nocturnum sit) ha-
betur ratio. Judicem autem competentem quærat; lo-
ci scilicet, seu requisitæ in immobilibus *k.* & domicilii,
vel ubi reperiuntur, in mobilibus: non attendo, an is
altam sive bassam jurisdictionem exerceat: an in judicio,
vel extra locum judicii offendatur. Eumq; de Debito-
ris subarati periculo vel debito suo non illiquido, sive
statim sive in diem certum exigibili, probabiliter edo-
ceat. Quod quidem non per insinuata vel transmissa
præci-

h) Vid. Gail. de Arrest. Imper. c. 1. pr. i) Constit. 29 part. 1.
Process. Tit. 51. §. Wie aber nun. k) de ord. Proeess. Tit. 51. §.
Es soll aber. Carpz. in Process. Lit. 21. art. 1. n. 37. & seqq.

precisè obligationis / originaria, sed vidimatam copiam
saltem, vel testium productionem fieri potest, quo
ipso recessum videtur ab antiquiori mandato à Christia-
no II. Electore olim promulgato: tumq; sic arresto im-
petrato binis id quaterdenis secundum dicta renovet,
terminis his à die impetrationis numeratis, qui de mo-
mento in momentum currere non solent, sed totus &
integer dies decimus quartus arrestantis utilitati conce-
ditur, ita tamen ut dies iste supremus termini in termi-
num simul computetur.

§. 17. Sic in secunda vel ultima renovatione Ju-
dici libellus *m.* arrestatorius unà offerendus, & Debito-
ris citatio expressè petenda est. Nam illud exigitur, ut
judici expressè & magis specificè de credito constet: qui
enim citra sufficientem causam arrestum in alterius bo-
nis calumniosè sollicitaverit, in eum arbitrariè & severè
animadverti debere Sereniss. Legislator *n.* præcipit. Hoc
verò desideratur, ut debitor certum nanciscatur tem-
pus deliberandi; cedere aut prosequi litem malit. Ac
licet vi Ordinationis Processus Saxonici quæsitum arre-
stum debitori propediem per juratum nuncium intima-
ri & insinuari debeat; ista tamen notificatio non fit ad
effectum comparendi in judicio, sed ut creditor illicò
à momento registraturæ à iudice factæ in bonis debitoris
arrestatis, jus pignoris & prioritatis in securitatem cre-
diti sui accipiat. Dicti autem arresti renovandi termini
adeò strictè observandi sunt, ut mutatis vel anticipatis
saltem

l) *Per Process. d. Tit. 51. §.* Diweil aber *add. Ordin. de An.*
1582. Rubr. von Arrest quam limitat Erörterung der Lands-gravam.
Job. Georg. II. Elect. Tit. von Justitiën Sachen. n. 9. §. hierüber ist
Mandat. wegen des Versehens und Renovirung der Arreste p. m. 627.
m) *Carpz. c. l. n. 20. d. constit. 29. §. process. §.* Wie aber nun. n)
In Erörterung der Lands-gravamin. Tit. von Justitiën Sachen §. 9.
fm. d. T. 51. §. Wann auch eine Kommer.

saltem quibusdam in eis, arrestum annullatur; excepto
o. c. casu, quò in prima quaterdena libellus simul insinua-
tur, ubi effectus ejus ad secundam retrahitur solet.

§. 18. Verùm cum non sufficiat creditori, securita-
tem habere in bonis debitoris, ni creditum etiam reapse
pro commoditate aut utilitate sua recipere possit;
hinc illi facultas distrahendi pignus, cujuscunq; id ge-
neris sit, à lege data est: modò legitimum modum &
præscriptos distrahendi terminos observet. Produci-
mus autem hic tantum distractionis terminos in pigno-
re conventionali observandos, relicturi cæteros, ad
pignus judiciale & Prætorium pertinentes, futura, fa-
vente Deo, disquisitioni, ubi de terminis judicialibus
seu Processus acturi sumus. Itaq; Creditor si jus pigno-
ris ex conventionem privata acceperit, pacto de certa die
solutionis aut distractionis non interventò, debitorem
per p. Interpellationem ternam in mora solvendi ponat:
nec enim facimus cum iis, qui denunciationem unicam,
ubi pactum de alienando non appositum fuerit, suffice-
re contendunt: cum antiquæ dispositioni per Consti-
tutionem justinianeam non expressè derogatam videa-
mus. Factà trinà denunciatione q. biennalem intra ter-
minum debitoris præsentiam & expressam reluendi vo-
luntatem expectet: qui terminus quidem jure r. Saxoni-
co non observatur, & communiter hodiè ab usu reces-
sit: Dein citato s. Debitore, & iudice t. autore, pignus
sub hasta publicè & solenniter distrahat. Siquidem id

C sibi
o) d. Constit. 29. d. T. Process. §. Wann auch. p) L. ult. §. 1.
de jur. domin. impetr. l. 4. ff. de pign. Paulus sentent. recept. l. 2.
Tit. 5. pr. Tit. 13. §. 51. inter: ibiq; Cujac. in Comm. q) L. fin. §. 1.
C. de jur. Domin. impetr. r) Col. de Process. Execut. part. 3. c. 9.
n. 18. Carpz. part. 1. Constit. 28. defn. 136. n. 10. Perez. C. Tit. de
jur. domin. impetr. fin. Brunneman. Eod. s) L. 4. C. d. distrab.
pign. t) L. 14. C. eod.

sibi *n.* addicere aut vendere nequit: Cumq; elapsis
 hastarum solennibus Emptorem non reperiat, pignoris
 dominium à Principe postulet: à qua tamen concessi-
 one principali creditor recessisse intelligitur, si inte-
 rim à debitore solitas usuras petere tentaverit, nec
 regressus ad Principis beneficium rursus datur: cum
 in hoc variare non liceat. Ac demum impetrato à cul-
 mine *w.* Principali dominio, biennalem itidem ter-
 minum à die impetrationis expectet, quem intra debi-
 tori adhuc pignus reluendi libertas est, eodq; demum
 præterito is plenissimè & irrevocabiliter pignoris do-
 minio potitur. Quod tamen hodiè rarò secundum
 dispositionem justinianeam procedatur; sed pignora
 potius conventionalia juxta modum de judiciali pi-
 gnore *x.* proditum, distrahi soleant, non dissimu-
 lamus.

§. 19. Porro in contractibus inscriptis seu chi-
 rographariis terminus legalis se sistit biennalis, quem
 olim *y.* quinquennium fuisse Justinianus attestatur, in-
 tra quem debitor exceptionem non numeratæ pecuniæ
 opponere jubetur. Nam si quis pecuniæ aut rei alius,
 imprimis fungibilis, indigus, spe maturioris numera-
 tionis obligationem creditori futuro ante secutam
 exolutionem exhibuerit, tum hunc, ex verbis cauti-
 onis scriptæ agere intendentem, intra dictum termi-
 num laudatâ exceptione repellere potest; ita ut vi hu-
 jus actor *z.* ipse probare teneatur solutionem reapse
 secutam esse; quod non abs ratione receptum est, quia
 factum seu solutio, quæ fundamentum obligationis
 est, in tali actione prorsus negatur, quare ipsi actori
 fun-

u) L. 10. C. eod. b. l. 24. ff. de Pign. Act. Cujac. Comm. ad Tit. 6.
 de distr. pign. *w)* L. ult. §. 3. C. de jur. domin. impetr. *x)*
 Perez; Carpz. Goleus allegati & Struv. Exercit. 26. th. 47. *y)* L.
 14. C. de non num. pecun. *z)* L. 3. L. 10. de non num. pecun.

fundamentum intentionis suæ probare incumbit: cum aliàs negantis nulla probatio esse queat. Post biennium verò scriptus debitor allegatà quidem exceptione uti potest, sed demonstrandi % onus habet, rem solutam non esse: nisi sit minor, aut pari cum hoc jure gaudens, cui beneficium restitutionis in integrum concedi solet. Istudvé rursus iniquitate vacat.

§. 20. Nam hæc exceptio actorem de dolo arguit; quæ cum odiosa sit, simultates & alia in societate civili pariens incommoda, adhuc conjunctam habet debitoris inexcusabilem segnitiam, quâ per tantum tempus obligationem penes Creditorem relinquit, neque hanc neque pecuniæ exsolutionem debito urgens; hinc meritò huic exceptioni ad imitationem de dolo actionis certus, biennalis scilicet à lege terminus præfinitus est. Si verò probaverit debitor rem scriptam fungibilem non præstitam esse, actor inficians dupli m. pœnâ plecti jubetur. Quam quidem dispositionem Brunemann ad obligationem ex mutuo, non ad cæteros contractus restringendam putat. Pleriqve n. verò pœnam istam non amplius obtinere perhibent. Ita porò si debitor creditori chirographum o. solutionis seu apocham sub spe promissum citius acceptandi tradiderit, exceptio non numeratæ pecuniæ intra 30. p. solum dies, post securitatis hujusmodi expositionem numerandas, efficaciter opponi potest. Nam is improvidè nimis agit, qui nondum acceptà re, non tantum in obligatione se debitorem profiteretur, sed ob quasi acceptam quittantiam extradiderit: ideò meritò spacium, angustius beneficio exceptionis prænominatæ fruendi à lege indultum habet.

C 2 § 21. In
1) L. 14. §. 1. C. de. (u m) Auth. contra C. de non num. pecun.
Com. ad allegat. Aut. n) Perez. ad d. T. n. ult. Struv. Exerc. 16. rh. 49.
o) L. 52. pr. ff. de Act. Emt. p) L. 14. §. 2. C. de non num. pecun.

§. 21. In aliis contractibus termini singulares sunt rariores nisi in jure Retractus, q. quo certæ personæ vel propter dominium directum vel creditum vel vicinitatem vel communionem vel etiam consanguinitatem in bonis avitis, (quod jure r. Saxonico ad liberos saltem restringitur) redimendi rem venditam obtinent. Quam facultatem secundum mores receptos determinari ad annum & diem, cum laxamento tamen temporis sumtum, s. quidam arbitrantur; penes Saxones t. verò ad annum & sex septimanas à die venditionis aut notitiæ currentes perhibent. Sed quia hic terminus juri Saxonico originem non debet, sed aliunde est receptus, ideò simplex & continuum annum spatium esse statuimus cum Carpzov. 10. Sicut autem retrahens emtori tum verum rei pretium totum, quod & alius emtor u. sine fraude oblaturus fuisset: Et quidem connumeratis impensis in rem necessariò vel utiliter factis: ut & quæ ex more recepto in contractibus impendi solent, veluti laudemium, bibales sumtus & similia: actu & ritè offerre adstringitur: Ita & hic contra retrahenti rem cum fructibus pendentibus, & post rei plenam oblationem perceptis restituere tenetur.

§. 22. Demum in Edictio Edicto, quod quasi accessorium emtionis & venditionis est, ad ejusdemque contractus securitatem & implementum pertinet, certi nobis termini negotium facessent, qui emtori ad actionem redhibitoriam vel quanti interest præfiniti sunt. w. Nam cum venditores captiosi nonnunquam sint:

q) *Constit. Frider. Sancimus 5. Feudor. 13. L. 16. ff. d. reb. aut Jud. poss.*
r) *Constit. August. Elect. 31. p. 2.*
Berlich. p. 2. 40. Struv. Exerc. 23. th. 66.
ibiq. Carpz. Idem p. 2. c. 32. defm. 4.
qvast. 25. & *Constit. Elect. 33. part. 2.*
52. r. 26.

s) *Gail. l. 2. observ. 19.*
t) *Constit. Elect. 32. p. 2.*
u) *Aut. Consult. Saxon. part. 1.*
w) *V. Job. Köppen Qu.*

vel præstantes rem emtam in alia forma, atqve prius
monstrata fuerat, vel reticentes intrinsecum rei vendi-
tæ vitium: aut non nudâ commendatione, sed seriâ x.
assertione quid adstruentes de ea, quod veritas & even-
tus non comprobat: hinc Prætor in priori parte sui
Ædilitii Edicti ob fraudes has Emtoribus auxilium y.
pollicetur: primoq; casu, velut si venditor equum aut
aliud jumentum vendendi causâ bene comtum, freno &
ephippico contractûs tempore monstraverit, nec ita post-
ea exhibuerit, emtori ad redhibitoriam, aut quanti mi-
noris actionem instituendam 60. dies z. indulgit.

§. 23. Secundo verò & tertio casu Emtori ad fal-
sam prædicationem vel vitium rei suppressum ad redhi-
bitoriam sex a. menses à die contractûs, & ad quanti
minoris actionem, annum b. utilem à die notitiæ com-
putandum præfinivit. Atq; hoc beneficium c. Emtori
in omnibus omninò rebus emtis, sive mobilibus, sive
soli, sive se moventibus competit: Imò in permuta-
tionibus d. quoque, item divisionibus & dationibus
in solutum, ubi quid pretii loco ad æqualitatem ser-
vandam intervenit: Excepta tamen est locatio: e. ut
& si res f. viles & exiguæ vendantur: Videndum enim
ubiq; est, ut lites prædantur, nec ultra casus necessa-
rios, quò cives gravius in damnum incidant, permit-
tantur.

§. 24. Ut ut autem jus civile emtori semper &
indeterminatè succurrat, quoties res emta vitio g. quo-

C 3

- | | |
|---|--|
| x) L. 43. pr. ff. de contrab. Emt. L. 19. pr. ff. de Ædil. Edict. | y) L. |
| 1. §. 2. ff. de Ædil. Edict. | 2) L. 38. §. 1. & 11. d. Ædil. Edict. |
| L. 38. pr. ff. d. l. §. 6. l. 19. | b) L. 19. & fin. ff. de Ædil. Edict. |
| c) L. 1. pr. L. 49. L. 63. ff. d. l. | d) L. 19. ff. § 5. eod. Schnob. |
| disput. 12. th. 29. | e) L. 63. ff. eod. |
| f) L. 48. §. fin. de Æ- | g) L. 1. §. 6. L. 14. §. fin. L. 55. ff. |
| dit. Ed. & L. 54. ff. de contrab. emt. | de Ædil. Ed. L. 43. pr. ff. d. T. L. 1. §. 9. ff. eod. |



dam latenti & intrinseco laborat; puta jumento existente calcitroso, vel lunatico, aut frenetico, aut pavido: Justamen *b.* Saxonicum vitia ista interna, ex inspectione non patentia, in equis imprimis, specialiter expressit, ut nisi is retrogradus, latenter cæcus, aut scabiosus sit, venditor ab emptore inquietari non queat; nisi eum forsitan sine omni mendâ prædicando emptorem falsimoniis ad emendum induxerit.

§. 25. In contractu locati conducti biennalem, i. unicum in casu quodam speciali terminum à Legge signatum invenimus. Nam ubi ad plures annos locatio facta est; pensio verò, ut fieri assolet, in singulos annos distributa, tum si conductor intra *k.* biennii metam nihil de mercede solverit, propriâ autoritate à locatore, inclusis & retentis rebus suis inductis illatisve expelli poterit. Quod obtinet, utut hic pacto aut juramento de non expellendo / se illi obstrinxerit. Talia enim hoc duntaxat operantur, ut conductor intra biennium expelli nequeat, cum aliâs facultas hujusmodi statim, ubi in solutione *m.* cessatum est, competat. Nec iniqua hæc legis Provisio: Nam locatore rei usum concedente, & tributa ac onera publica de re sua sufferente, promissâ etiam pensione, cujus debitè solvendi conditio tacitè semper subintelligitur, non debet plus justo defraudari. Si tamen conductor resistat intentioni locatoris, quin tum iudicis *n.* auxilium implorari debeat, ne utiquam dubitandum est.

§. 26. Pro-

h) Weichb. art. 97. Zobel. differ. jur. Civ. & Saxon. 38. part. 2. n. 17. Carpzov p. 2. Const. 34. def. 17. Dn. Mevius ad jus Lubecens. l. 3. tit. 6. art. 12. n. 6. *i)* L. 56. ff. Locat. *k)* Novell. 120. cap. 8. Auth. qui rem C. de Sacr. S. Eccl. *l)* L. 54. §. 1. de jur. Emphyt. *m)* L. 2. C. de jur. Emphyt. *n)* Franzk. ad Tit. Locat. ff. n. 183.

§. 26. Propter affinitatem materia contractui locati conducti, non abs re subnectimus Emphyteuticum, in quo duplicem reperimus terminum à jure definitum; alterum in istius juris alienatione: alterum verò in canonis Emphyteutici persolutione. Quamobrem Emphyteuta alienaturus sua emponemata, ante omnia Dominum o. suum de ea distractione certum reddat, alioquin secundum expressam juris civilis dispositionem suo cadet jure: Et quidem attestatiōne transmissa Domino manifestabit, quantum pretium ab alio reverà accepturus sit. Dein Domino spatium duorum mensium ad deliberandum est indultum, quod intra se de claret, an pro licitato & indicato pretio Emphyteusi redimere, atque cum Dominio suo directo consolidare velit, vel non: qui, si terminū citra suam declarationem elabi patiatur, etiam se non consentiente, Emphyteuta Emponemata sua, ad alios transferendi liberrimam facit licentiam. Quamvis non dissimulemus in quibusdā locis Dominum directum nō propediem Emphyteusi tanquam in commissum lapsam, dicto casu sibi vindicare, sed soluto demum pretio ab aliis oblato admitti: velut de eo Antonius Tessaureus p. prolixè differit. Quod canonis concernit solutionem, ea, citra metum Emphyteusi committendi, ad exemplum locationis conductionis q. olim ultra biennium differri & procrastinari non poterat. Postea verò per constitutionem Justinianeam terminus is in bonis secularibus extensus est ad triennium r. continuum. In Ecclesiasticis autem favore Ecclesiarum biennium retentum est. Coeterum nec nos quidem differentiam faciendam esse censemus, an intra
statu-

o) L. fin. ult. verb. C. de jur. Emph. & pr. d. l. ult. circa finem.
 p) Decis. Pedemont. 169. q) L. 56. ff. de Loc. cond. r) L. 2. C. de jur. Emph. Nov. 7. c. 3. §. 2. Nov. 120. c. 8. ibiq; Dion. Gotthofr. in notis L. 32. in f. C.

Statutum tempus, vel prorsus nihil, vel modicum tantum solutum sit. Nam cum pensio Emphyteutica principaliter in recognitionem directi domini persolvatur hocq; individuum sit, atque respectum quendam personalem involvat, hinc modico etiam non soluto recognitionem illam laedi arbitramur; cum primis quoniam & alias facilis dicatur esse digressus rei ad suam primordialem Naturam; ut ita utile cum directo Dominio rursus consolidetur. Veluti optimè Alvarum s. Valascum hac de re ratiocinantem legimus.

§. 27. In criminalibus actionibus quoque non defunt legales Termini. Nam in genere Crimina non modò quoad poenam; sed & ipsum delictum, processumq; tam accusatorium, quàm inquisitorium abolerentur. viginti annis: Excepto homicidio, quo de in infinitum est proditum, quod homicida semper etiam in fuga existens persequendus & justo supplicio afficiendus sit, ut qui temerè innoxium sanguinem effundere, & terram ita inquinare non dubitaverit. Item & si quis exceptivè adversus alterius dolum vel maleficium se defendat. Nam licet actio de dolo aut delicto certò tempore finiatur, æquè *u.* tamen non expirat exceptio. *w.* Siquidem actor in sua potestate habet, quando uti suo jure velit; is autem, cum quo agitur, non habet potestatem, quando conveniatur, & hinc nec certi termini ejus juri præfigi potuerunt. Sic & huc referri poterit crimen *x.* Apostasiæ, Parricidii, Assassinii & falsi partus suppositionis, quæ, non dicam dicto termino, sed nullo tem-

s) Tom. 1. Consult. 86. t) L. 12. C. de Fals. Carpz. qu. 141. n. 6. & seqq. Brunnem. Process. Inquisit. cap. 10. n. 3. Antonius Gometz. Tom. 3. var. Resolut. c. 1. n. 5. 6. u) L. 8. C. de dolo malo. w) L. 6. C. de Exception. L. 5. §. ult. ff. de Except. dol. mal. x) L. 4. C. de Apostas. L. fin. ff. ad L. Pompeji. L. 19. §. 1. ff. de Falsis. Carpz. d. quest. 141. n. 51 cum citat. Dd.

lo tempore, secundum juris dispositionem abolen-
tur.

§. 28. In specie verò quædam crimina angustio-
res terminos præfinitos habent: velut accusandæ mu-
lieris ob adulterium, ubi leges sex solum menses y. uti-
les indulserunt, ex quibus duo marito Patrivè jure pri-
vilegiato dantur, intra quos illi soli experiundi potesta-
tem habent, ita tamen, ut Patri, mulieris maritus præfe-
ratur, licet is hunc accusatione præveniat: aut secundum
pristinios mores inscriptionum libellos z. deposuerit: &
His verò ambobus extranei postponuntur, ita ut valeant
accusationem de novo restaurare actione priori suspen-
sâ; si modò idoneas cessationis suæ a. causas allegare sci-
ant. Reliqui verò quatuor menses, post dictos duos
cognatis omnibus ad accusandum prostant, adeò qui-
dem, ut in nupta terminus ex die divortii; in b. vidua
verò ex die commissi criminis computetur. Eaq; ratione
marito jure duplici accusatio competit: primum ut
marito intra 60. dies priores; & deinde ut extraneo in-
tra sequentes quatuor menses. Quin imò si contingat
maritum vel cognatum Republicæ causa c. abesse, illius
temporis restitutionem petere & præscriptionem elu-
dere valebunt: ex alia causa restitutione non potun-
tur. Si verò adulter intra totum d. quinquennium con-
tinuum ex die commissi criminis computandum adul-
terii non fuerit postulatus, tum adversus quemcunque
securus est. Idq; in omnibus criminibus locum habet,
quæ Julia lex de adulteriis vindicat, velut stupro, leno-
cinio, seu domo prohibita & his affinibus.

D

§. 29. In

y) L. 4. ff. ad Leg. Jul. de Adult. z) L. 2. §. 8. ff. d. T. a) L. 4. §. 2.
ff. ad L. Jul. de adult. L. 4. §. 1. ff. C. L. 30. C. d. T. b) L. 29. §. 5. ff. d. l.
L. 6. C. eod. c) L. 21. C. eod. L. 37. §. 1. ff. de minor. d) L. 29. §. 1. ff.
ad L. Jul. de adult. L. 11. §. 4. ff. eod. L. 5. C. eod. L. 1. §. 10. ff. ad SCT.
Turpill. L. 29. §. 1. 2. 3. 4. ff. eod.

§. 29. In iis autem quæ dictæ legis Juliae potestatem excedunt, veluti stupro violento, quod in L. Juliam de d. vi publica incidit, quinquennale silentium nihil operatur, ut & in incestu, ubi Berlichius e. & Carpzovius indistinctè vicennale spatium requirunt, sive is adulterium conjunctum habeat, sive non. Brunnemannus verò cum Farinacio & Claro textui juris civilis conformius judicant, si in simplici incestu quinquennio patrocinium diceretur.

§. 30. Justitia horum terminorum dubio non caret. Niti a. eam duplici imprimis fundamento videtur; tum quod materia adulterii omnium odiosissima sit, ut quod non modò matrimonia dissolvit, verùm & liberis infamiam quodammodò & familiis illustribus honestisve notam haud exiguam inurit; tum & quod qui per tantum temporis intervalum tacuit, postea non ex honesto quodam affectu ad accusationem prosilire videatur, sed ex odio potiùs, aut inimicitia post secuta, aut quod lenocinii mercedem ante vel acceperit vel speraverit. Ac propter ista incommoda suspicionesq; & concomitantia mala à Magistratu civili certi omninò termini constitui potuerunt, quos intra criminis actio instituatutur aut sopiatur. Nec obstat, f. quòd Reipublicæ intersit, ut crimina puniantur, & à maleficiis purgetur civitas: quodq; diuturnitas temporis non tollat, sed augeat peccata. Nam verum illud est, nisi lex ob prægnantem & fonticam causam in casu quodam poenam remiserit. Cùm enim adulterii poena capitalis à civili lege dependeat, ideò ab eadem etiam pro varietate circumstantiarum mutari vel aliter determinari poterit, quæ determinatio postea,

cùm
d) L. 29. §. ult. eod. & L. 5. fin. ff. ad L. Jul. d. vi publ. L. 39. §. 5. ff. de adult. e) p. 4. Conclus. 38. n. 48. seqq. Pract. Crimin. p. 2. qu. 74. n. 99. Process. Inquisit. c. 10. n. 7. f) c. non satis §. fin. X. de Simon. c. cum haberet fin. X. de eo, qui dux in matrim. c. cum tanto XI. pr. & de Consuet.

cum in salutem Reipublicæ & externam familiarum honestatem vergat, Deo non displicet, nec Magistratus hæc in parte quicquam contra munus suum publicum moliri intelligitur. Quare & terminos hos adulterii accusandi Legales jure canonico non esse mutatos existimat Magnif. D. Joh. Stauchius. g. Imò Serenissimus Saxo peculiari decisione eos nobilitavit. Nam cum antiquior constitutio abolitionis hujus quinquennii mentionem faceret, & aliqui b. Doctorum eam de quavis adulterii specie intelligerent, Serenissimus Archi-Princeps Elector expressè per novissimam Decisionem, rejectâ istorum opinione, quinquennalem terminum peremptorium in simplici adulterio confirmavit, antiquiorem constitutionem ad duplicatum adulterium restringens.

§. 31. Porro nec parum tranquillitati Reipublicæ consultum iri videtur per finium quorundam in causis injuriarum determinationem, veluti quæ maximè odiosæ existunt, odia & inimicitias inter concives parientes, rancorem animorum foventes, & rei familiaris curam nimium quantum impediunt. Positi autem isti termini sunt ita, ut acturus ex capite injuriarum intra i. annum actionem instituere necesse habeat, nisi jacturam illius subire maluerit; quod in tantum procedit, ut nec retorsio post illud tempus admittatur, nec judici proprio motu, & ex officio contra injuriantem procedere licentia sit. Nec interesse intelligitur, an actio ista civiliter vel criminaliter intentetur. Veluti Rota Romana decidit & Berlichius atq; Carpzovius attestantur. Itemq; an

D 2

inju-

g) Dissert. 29. th. 5. med. Nov. decis. 84. Constit. 19. p. 4. h) Finkelthuf. obs. 6. cum alleg. Dd. i) L. 5. C. de injur. part. 4. Const. Elect. 46. Reinhard. part. 4. differ. 16. Daniel Moller ad dict. Constit. Elect. Carpzov. in pract. Crimin. quest. 97. n. 56. k) Carpz. cum alleg. part. 4. Constit. 46. def. 1. n. 4. & seqq. Decis. 240. & Berl. Concl. 60. p. 5. n. 4. Carpz. d. l. n. 57.

injuria per confessionem vivæ vocis aut Scripturam vel
picturam facta fuerit, cum hæ duæ species injuriarum
tam quoad poenam, quam & quoad delicti qualitatem in-
vicem æquandæ videantur. Nihil enim officit obje-
ctio Zasi, injuriam dicentis scriptam vel pictam, anno
non tolli, quoniam scriptura sit perpetua, semper ma-
neat, semperq; loquatur, nec etiam Baldi (citorum à
Gailio k.) scripturam, asserentis, actum permanentem
habere; sed non confessionem vivâ voce factam. Namq;
perpetuitas ista consideranda potiq; est respectu personæ
diffamatae, quæ notam hujusmodi semper concomitan-
tem habet; sive ea ex verbis, sive Scripturâ, sive facto
resultaverit: quod autem annale tempus in Pasquillo
& injuria reali non sufficere dicatur, ratio est criminum
horum atrocitas & subdola calliditas: Hinc meritò ter-
minus agendi de iis in præjudicium diffamati seu læsi
non ita arctè restringi debuit; imprimis cum priori ca-
su, autore comperto facilè inquiri, & per legitimam sa-
tisfactionem Scriptura aboleri queat; quod Natura Pas-
quilli non admittit; Quæ sententia nostra autoritate E-
lectorali nititur: In Camera tamen Imperiali aliud ob-
servari Andreas Gailius testis est.

§. 32. Quodq; diximus de actione injuriarum in-
tra annale tempus instituendâ ob convitium scriptum,
idemq; quoq; obtinet in actione ob incarcerationem in-
justam institutâ, non verò ob torturam: Hanc enim ve-
lut injuriam graviores 30. demum h. annis, anno & die
præscribi æquitas svadet. Terminus autem annalis iste
utilis est adeò, ut demum à tempore notitiæ injuriæ il-
latæ currere incipiat: prouti & aliæ Prætorie præscri-
ptiones annos utiles præscriptos habere, ex jure civili e-
doce-

k) l. 2. observ. 104. part. 4. Constit. 46. §. ult. dict. obs. 104. p. 2. &
Mynsing. Cent. 5. observ. 7. l) Carpz. p. 4. Constit. 46. def. 4. & 5.

dozemur. *m.* Quod & expressè in Sanctionibus nostris Electoralibus Saxonis confirmatum reperimus; Cui addantur Daniel Moller & Bened. Carpzov, ibidem. Ubi insuper annum istum non Saxonicum, sed civilem observari debere disponitur h. e. talem, qui adjectionem 6. septimanarum & 3. dierum non habet. Siquidem terminus is natalis juri civili debet, quales in civitatem quæ Saxoniam *n.* recepti additamento isto destituuntur. Si quis verò actionem injuriarum realem, & prouti in jure Saxonico determinata est, pertinentem ad jurisdictionem superiorem instituere putaverit: (Was die Kampfer o. und beinschrötige Wunden betrifft, i. e. vulnera, quæ habent profunditatem unguis & longitudinem longissimi articuli in medio manus digito, quando adhuc recentia sunt & intumuerunt: ut quæ capiti per cranium aut crura illis in locis, ubi natura scissuram ossium vel carnis non patitur, ad profunditatem unguis inflicta sunt.) vel etiam si intentaverit actionem famosi libelli, ei terminus annalis non obstabit, quia integros *p.* 30. annos annum & diem ad agendum habet, quæ Emendam, interesse & pœnam petere possit.

§. 33. Verùm enim verò cum in his & aliis criminibus accusatorum temeritas & calumnia in Republica Romanâ plus nimium invaluisse videretur; nec infrequens esset falsa crimina intendere & calumniari, vel vera abscondere & prævaricari; vel in universum ab accusatione cœptâ perperam desistere & tergiversari: Quare meritò istam accusandi petulantiam Lege Remmiâ, aut ut alii legunt, Memmiâ, item Lege Petroniâ, SCT. Tur-

D 3

pilli-

m) L. 2. C. qui admitt. ad bon. poss. L. 55. ff. de Edil. Ed. L. 4. C. de liberal. causa. Gail. l. 2. observ. 105. n. 4. 5. part. 4. Constit. 46. pr. *n)* Carpz. d. l. & pract. Crimin. p. 2. quest. 97. n. 59. *o)* Carpz. pract. Crimin. p. 2. quest. 99. n. 23. *p)* per dict. Constit. supra So viel o. ber. L. 1. S. 1. L. 13. ad SCT. Turpillian.

pilliano, & aliis compescere laborarunt, ita ut q. calumni-
 anti quidem r. pœnam Talionis; Prævaricatori publico
 pœnam eam, quâ reus fuisset affectus, si non per præva-
 ricationem abolitionem obtinuerit, simul cum infam-
 ia; ac demum Tergiversatori itidem infamiam cum
 multa s. quinq; librarum auri imposuerunt. (Has pœnas
 hodiè arbitrarias esse, testantur Cujac, d. l. Menoch &
 Struv.) Atq; novissimæ r. pœnæ quidem tergiversator o-
 mninò fiebat obnoxius, nisi abolitionem publicam vel
 privatam obtinuerit aut impetraverit. Namq; iis casi-
 bus rei à criminibus eximebantur, & accusatoribus ab
 accusatione institutâ impune desistere licebat; Publica
 autem abolitio contingebat ob diem insignem, aut pu-
 blicam gratulationem, u. aut rem aliàs prosperè gestam.
 Privata concedebatur à Judice privatim eâ ab Accusato-
 re postulatâ, post causam scilicet cognitam, & adversa-
 rium de ea auditum: quæ causa justa censebatur esse, si
 quis vel propinquos suos in reatum w. deduxerit, quo-
 rum postea misertus fuerit: Vel si quis suæ suorumvè in-
 juria gratiâ accusationem instituerit.

§. 34. Istâ ergò abolitione publicâ nempe inci-
 dente accusator 30. dies post ferias festaque finita indul-
 tos habet ad accusationis repetitionem, si eam repeti-
 tam vellet; ad privatam verò abolitionem impetran-
 dam itidem spatium 30. dierum præfinitum erat: Quò e-
 lapsò abolitio amplius non concedebatur: Imò accu-
 sator nec intra dictum terminum eâ potiebatur, si con-
 staret,

q) Jacob. Cujac. Paratil. in C. Tit. 42. Francisc. Duarenus Comm. ad
 T. ff. de SCT. Turpill. c. 4. r) L. ult. C. de calumn. L. pen. ff. de præ-
 var. L. 1. § 4. S. pen. ff. qui notan. infam. s) L. 3. S. fin. ff. de
 Prævar. t) per L. 2. ad SCT. Turpill. Cujac. ad d. Tit. c. 45. Jac.
 Menoch. arbitr. judic. quæst. 321. Struv. Exercit. 49. th. 86. u)
 L. 8. § 9. ff. ad SCT. Turpill. Duaren. d. l. c. 3. L. 3. C. de abolit.
 w) L. 2. C. eod. add. Cujac. ad T. d. l.

stare, quod non amore justitiæ, sed calumniandi animo
 accusationem instituerit. Quare nec in crimine falsi
 permessa est: nec secundo si res in reo non amplius sit in-
 tegra. ut puta si x. carcerem vel tormenta passus fuerit:
 vel tertio, si delictum sit atrocissimum, velut crimen
 Majestatis, proditionis, y. peculatûs, sacramenti mi-
 litaris deserti & similibus; quibus casibus abolitio lo-
 cum non habet. Ita mortuo post impetratam aboliti-
 onem accusatore, crimen non prorsus extinguebatur:
 sed etiam ab alio intra 30. dies z. utiles accusatio repeti
 poterat, ut expressè à JCTO Paulo edocemur. Hodiè
 abolitiones has non esse in usu scribit Struvius. Sed
 & terminus antiquus legalis finiendæ accusationis præ-
 termittendus non videtur. Enimverò accusaturus al-
 terum de crimine, tenebatur olim intra a. annum à
 die inscriptionis; hodiè intra biennium à tempore
 litis contestatæ numerandum accusationem finire, nisi
 ob negligentiam talem infamiam & mulctam quartæ b.
 partis bonorum incurrere maluerit: quod quidem ob-
 tinebat in persona honestiori: Namq; humilior & pau-
 per, cui ut Imperator ait, damnum famæ injuria non
 est, dabatur in exilium. c.

§. 35. Præterea crimen peculatûs quoq; post la-
 psam quinquennii d. non amplius intentari posse ex ju-
 re Pandectarum experimur. Id tamen hodiè non præ-
 ticari, sed ob publicam utilitatem vix vicennio e. se-
 cundum communem terminum crimina præscribendi;
 Imò pro re nata tricennio f. demum actionem
 ejus

- x) L. ult. L. 2. 3. C. de Abolit. L. pen. ad SCT. Turpill. y) Brun-
 nem. ad C. L. 3. de Abol. z) L. 3. ff. §. fin. de Accus. Struv. Exercit.
 49. tb. 19. a) L. 2. C. Theodos. d. l. L. 3. C. eod. b) L. 1. C. ut
 intr. cert. tempus. Crimin. quæst. c) L. 2. C. eod. Cujac. ad Tit. C.
 ut intr. cert. tempus. d) L. 7. ff. ad Leg. Juliam. pecul. e) L.
 12. C. de falso. f) d. l. 7. ff. ad L. Jul. Pecul.

ejus extingvi Gothofredus ad ff. textum commentatur. Sic qui ex lege Julia g. repetundarum post mortem rei principalis adversus hæredes ejus acturus est, intra annum à morte illius, qui doli arguitur, actionem instituat; alioqui termino hoc præterito hæredes non condemnabuntur ad restitutionem acceptorum à reo defuncto ob judicandum decernendumvé, quæ juxta officii ministeriivé sui tenorem rationemvé citra pecuniam expedire debuissent. Ita & omnes populares actiones intra b. annalem terminum institui debere Ulpianus testis est. Itemq; de Prætoriiis & pœnalibus imprimis dispositum reperimus, pluresq; hinc inde legales terminos occurrere non dissimulamus. Sed cum animus tantum fuerit theses aliquas publico E-ruditorum examini proponere, veriti, ne paginæ ulteriori investigatione & declaratione eorum præter propositum excrescerent, stilum hic abrumpimus, observanter & officiosè petentes à Colendo & Benevolo Lectore, ut quævis pro proclivi favore & candore suo interpretari dignetur.

F I N I S.

g) L. 2. ff. de Leg. Jul. repet. L. 1. L. 3 ff. eod. h) L. ult. ff. de popular. action. Princ. Instit. de perpet. & tempor. act. L. un. de annual. Except.





Wittenberg, Diss., 1674-75

X 241 8708

VD 17







ATIO JURIDICA
 DE
MINIS
ALIBUS,
 in materiis
 hereditatum, Contractuum
 et in rebus criminalibus
 attendendis,
Quam
 indultu
 SERENISSIMI ORDINIS IUDICUM,
 PRÆSIDE
CAROLO NÆVIO,
 Cancellario Provincialis, quæ hîc est,
 Protonotario,
 RESPONDENS
 HERMANNUS BREMERUS
 Vrat. Siles.
in ventilationi submittit
 Auditorio Iudicum,
 M. C. LXXV. D. Decembr.
 TTEBERGÆ,
 STIANI SCHRÖTERI.

27

1675,
50

30

